Quelle: http://manuscripta.at/?ID=494
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



140

.III.

XV.

Fulgent.

immo unigenitus est hominis filius. Una est. id est dei et hominis. filii dei et filii hominis. quia unigenitus est dei filius semper et ante omnia fuit. sed unigenitus est hominis non semper fuit. illa quidem quae semper fuerat dei. futura erat hominis filius. et hoc quod futura erat homo factus est. acceptura erat eae per potentiam quam nunquam et semper habuerat unigenitus dei filius. Secundum hanc distinctionem illud et similia sane accipi posse. quia distinctio in plurimis quaestionum articulis est necessaria ad usus quorundam applicatam ubertatem. Sed cum de re constat in utrumque frustra habetur controversia. De hominis defectibus quos assumpsit xpe in hora nativitatis.

Aug. l. 8 trinit.

Illud quoque praetermittendum non est. quod filius dei naturam hominis accepit passibilem. animam passibilem carnem passibilem et mortalem. Ut enim probatur ueram corporis habere. suscepit defectus corporis. fame et sitim. et huiusmodi. Et ut ueram animam probaret habere. suscepit defectus animae. scilicet timorem. dolorem. et huiusmodi. Omnis autem sensus animae est. non id est caro sentit. sed anima utens corpore uelut instrumento.

Aug.

Vnde augustinus super genesim in l. xii. Non corpus sentit. sed anima per corpus. quae uelut nuncio utitur ad affirmandum insese ipsa quae extinsecus nunciat. Sicut quae anima quae foris est per corpus tanquam instrumentum videt ut audit. tota et per corpus queda sentit mala. quae sine corpore non sentiret. ut fame et sitim et huiusmodi. Vnde non in merito defectus corporis dicuntur. Queda autem non per corpus. uno et sed non corpore sentit. id est timor. et huiusmodi. Sentit quidem anima dolores. sed quosdam per instrumentum corporis. quosdam ut non. Suscepit ergo xpe sicut ueram hominis. tota et ueros defectus hominis. sed non omnes. Assumpsit id est defectus pene. sed non culpe. non tamen omnes defectus pene. sed eos quos hominem assumere expediebat. et fuerit dignum tamen non derogabat. Sicut enim per hominem homo factus est. tota per eum homines defecit. suscepit. Suscepit id est de nostro id est suo nobis habuerit id minime tollit. Suscepit enim minime uetustatem ut suam nobis infundet nouitatem. Sumpsam accepit ille uetustatem id est pene ut minime duplam assumet id est pene et culpe.

Aug. super

Qualiter illud accipiendum sit ut q. ait leo pp.

Tradit auctoritas quod dominus nostrum insese suscepit omnia infirmitatis nostre preter peccatum. quod non accipiatur de illis tamen quae cum sumere probis oportuit. non decuit falsum esse probatur. Non enim assumpsit ignorantiam aliquam. Cum sit ignorantia queda quae defectus est. non peccatum est. sed ignorantia inuenibilis. Nam inuenibile peccatum est. si tamen debuit esse quae nobis expedit scire. sed id est queda quoque scia non affert. ut ignorantia non impedit salutem. et forte talium rerum ignorantia defectus non est. Constat autem in nobis esse ignorantiam. atque difficultatem uolendi. ut faciendi bonum. quae ad miseriam nostram pertinent. Vnde augustinus in libro ii. de libro arbitrio. Approbare igitur falsa pueris. ut erret inuitus. et resistente atque torquente dolore carnalis uinculi non posse albidinosis oculis tempora ari non est non instituti hominis. sed pena dampnati. Ex quo miseria peccatorum iustissime influebat dei gratia. quia sponte homo libero arbitrio cadere potuit. non id est surgere ad quam miseriam pertinet ignorantia. et difficultas quam patitur omnis homo abexordio natiuitatis suae. non abisto malo quisquam nisi gratia dei liberatur. Ecce euidenter dicit ac ignorantiam qua quis iuuatur falsa pueris approbat. et difficultatem quae non per se tempora ari a malo. ad miseriam nostram pertinere. et penam esse homis. Hi a xpo non habuit. non quia accepit omnes

Aug. super